Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26049
Copyright: Admont, Benediktinerstift



certe celorum ratio est. ipsa uiuificatrix uirtus que spiritus format
angelorum. Dominus enim sicut causa est causarum, sicut uita uitarum uiuentium.
ita etiam ratio rationabilium creaturarum. Tunc igitur celorum rationem
dominus narrat. cum semet ipsum nobis quibusdam electis spiritibus. presentat insi
nuat. tunc celorum rationem narrat. cum diuisa mentis nostre cali
gine clara se uisione manifestat. Vnde et in euangelio dominus dicit.
V enit hora cum iam in parabolis non loquar uobis. sed palam de pa
tre meo adnuntiabo uobis. Palam quippe de patre annuntiare se asserit. qua per patefactam tue maiestatis sue speciem. et
quomodo ipse ignemque non inparem oriatur. et quomodo uterque spiritus uterque
coeternus precedat ostendit. Apte tue namque uidebimur. quomodo hoc
quod oriendo est. et de quo oritur. subsequens non est. quomodo is qui per pces
sionem producitur a preexistentibus non patitur. Apte tue uidebimur quomodo et unum
diuisibiliter tria sint. et indiuisibiliter tria unum. Lingua igitur tue
narrantis dei est uisa claritas sublenantis. Et concentus celi
tue dormiunt. quia apparente in iudicio redentore omnium.
exhortationum iam uiua cessabunt. Vnde et apte ipsum resur
rectionis tempus adiungitur. cum ilico pfertur. Quando funde
bantur pulues in terra. et glebe compingebantur. More enim suo
que adhuc futura sunt quasi iam preterita diuinus sermo describit. hoc
in se uidelicet seruans quod per eum dicitur. qui fecit quia uenturum sunt.
P ulues itaque tunc in terram fundit. quia in solida membra reducit.
Et glebe compinguntur. quia nimirum firma corpora ex puluere
collecta consurgunt. Sed pauca uerba hec dominica quomodo de futuro intel
ligenda sint dicimus. nec etiam de presenti quid insinuent indi
cem. Quis enarrauit celorum rationem. et concentum celi quis dor
mire faciet. Celorum rationem dominus narrat. dum nec insinuando
supna secreta electorum suorum mentes illuminat. concentum celi
dormire facit. dum concordes hymnos angelorum atque illa celesti
um uitutum gaudia. et ipsorum cordibus iusto iudicio abscondit.
Qui concentus celi quamuis inse intrinsecus uigilet. in ipsa tamen re
prorum ignorantia extrinsecus dormit. Et narratur quod secreta cele